

## **Philippi Beroaldi De felicitate. Opusculum / [Filippo Beroaldo].**

### **Contributors**

Beroaldo, Filippo, 1453-1505.  
Dibner, Bern

### **Publication/Creation**

[Bologna] : Luculentũ ĩmpressoria Platonis de Benedictis Bononiæ incude egregiis his characteribus excussum, 1495 Calendis Aprilibus [1 Apr.]

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/scb5yrmb>

### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>



Casa 1. b. 16.

1  
Bol  
8  
—  
95

Inc. 1

Berwaldus (Philippus)

De Felicitate Opusculum.

Bologna: Plato de Benedictis.

1 April 1495

Hain 2969


Proctor 6606

Pellechet 2224

B.M. VI, 828

G.K.W. 4132





42993

Philippi Beroaldi de fe  
licitate opusculum.

Philippe de la Roche  
Lettre au Cardinal

AD ILLVSTREM MARCHIONEM  
IACOBVM BADENSEM PHILIPPI  
BEROALDI BONO  
NIENSIS EPISTOLA.

Oleo ipse mecū Illustris Marchio cūpri  
fimis admirari iuuenes illos: qui nobilitate  
splendētes/opibus pollentes/in gremio lu  
xuriantis fortunæ molliter educati litteras tamen  
non aspernant: Nec eruditos / eruditorumq; cō  
suetudinē fastidiēter illudunt: Adeo bona mens  
bonaq; fortuna rarenter copulātur: quotus enim  
quisq; ex globo nobiliorum eloquentiæ studet?  
quotus quisq; aut eruditus est aut eruditionis affe  
ctator? E contrario cōplusculos uideas: De opu  
lentioribus loquor: qui ubi occeperint adolescen  
turire Se totos dedant belluinis uoluptatibus: q;  
bus litteratorium gymnasium carcer est: Doctri  
na supplicium: qui spretores sunt studiorum: oso  
res studiosorum: Tu uero Clarissime Iacobe in  
amplissimis fortunatum bonis positus imperato  
rio stemate prefulgens: inter opes principales in  
dulgenter enutritus iuuenis immo adolescens ad  
hūc / Studia litterarū sitienter amplexaris, Doc  
tos foues. Dasq; iugiter operā: ut Nataliū tuorū

Laus  
Marchio  
nis Iaco  
bi.



Laus  
Marchio  
nis patris

splendor eruditione magis magisque illustretur. uenisti non pridem una cum duobus clarissimis fratribus ad Gymnasium hoc nostrum: ut ingenium ingenuis disciplinis excoleres ordinemque scholasticorum: immo ipsum ut uerius loquar gymnasium exornares: Nam cum ceteri ferme scholastici ex gymnasio litterario ornamenta querere soleant: tui ipsi gymnasio maxime es ornamentum honestamque. Degis hic nitide et magnifice famulicio copioso comitatu decemissimo: cultu splendidissimo monstrabilis: Adeo ut nullus annos abhinc plurimos fuerit in ordine scholasticorum te uno magnificentior illustriorque. Agis prorsus principem Maximique principis filium: Nihil prorsus degeneras a claritudine natalium. Tibi pater est Illustrissimus Marchio Badensis Christophorus Augustissimi Romanorum imperatoris Federici tertii ex sorore nepos: qui animi magnitudine uirtutisque prestantia ceteris totius Germaniae principibus haud dubie antecellit: Sine quo nihil memorabile per hosce annos ab Inclytissimo Maximiliano gestum est: Cui ducatus bellici primae partes consensu germanorum deferuntur: Apud quos fortissimi principis nomen meritissimo affectus est. Quid memorem prosapia tuae Badensis uetustatem?

In qua complurculi rerum gestarum claritudine  
fulserunt . in qua Archiepiscopi non pauci floru  
erūt : quos Romani Imperatoris electores prima  
rios legitimosq; extitisse nemo non nouit. Quid  
referam Ciuitatem Badensem : In qua badensis  
familia diutissime est dominata: Inclytā famige  
ratamq; cenferi inter latissimæ germaniæ Ciuita  
tes: quæ haud longe a Rheno inter amnes memo  
ratissimo sita Duarum arcium munitionibus pro  
pe inexpugnabilis conspicitur: Vbi thermæ sunt  
salutares: Vbi inscriptio uetustissima litteris iam  
senio exolescentibus indicio est Antoninū Ro  
manum Imperatorē illius urbis cōditorem extitisse  
se . Illud silenter preterire nec uolo nec possum :  
Te mi Iacobe transmontanorū Nobilissime Nel  
xu sanguinis ac necessitudinis arctissimo cohere  
re sacratissimo Imperatori Maximiliano: q; deus  
est terrenus: Cui uel notū esse tantūmō summus  
est honor. Hec stemmata tam clara: tam splendi  
da non te insolentem reddunt ut multos: Sed co  
mem affabilemq; præstāt ut paucos: sitientemq;  
litteraturæ istius politionis : Cuius nos iam pridē  
sumus professores . Et cum domi habeas erudi  
tos uoluisti tamen nostræ: quantulacūq; est: eru  
ditionis gustū libamentaq; attingere : Voluisti


Laus fa  
milie Ba  
densis.

Propinqui  
tas Mar  
chiōis cū  
Maximi  
liano.

ut domus tua noua q̄si quædam me Ductore ac  
Doctore academia efficeret : In qua quotidie re  
sonat aliquid dignū memoratu . Ex quo effectū  
est: ut te monitore disertationem quampiā publi  
co a me auditorio de felicitate poratā redegerim  
in libellū: quē in p̄sentia tibi Illustris Marchio Ia  
cobe nūcupatim dedico: tuoq; sub noīe conditū  
depromo. libellus est cōcinna breuitate cohibilis:  
et rerum uarietate ut opinor non penitendus. Ut  
autē meus erga te amor ac obseruātia fieret resta  
tior uulgatiorq; : Eum impressoribus tradidi im  
primendum : A quibus in mille exemplaria tran  
scriptus Nomen tuum meumq; latissime circūfel  
rat. Quicquid id est quātulumcūq; est: quæso hi  
laro uultu et serena fronte suscipias. munitū  
est chartaceum Et oppido pusillum : Sed quo  
princeps ab homine litterato pretiosius accipere  
non possit . Dii faxint ut id sit perpetuum mex  
erga te obseruantix monumentum . Vale tūc cla  
rissime / et me qui tibi mancipatus sum : In nu  
merum tuorum ascribito.

•••••  
••••• V A L E . •••••  
•••••





ORATIO PHILIPPI BEROALDI Bo  
NONIENSIS DE FELICITATE HABI  
TA IN ENARRATIONE GE  
ORGICON VIRGILII ET  
COLVMELLAE.

AGNA RES EST VIRI OR  
natissimi, et omnibus horis omnium  
m uotis expetita felicitas: huc tendunt  
cunctorum uota mortalium: hec est  
summa curarū; hec est summa rerū  
expetendarū. felicitate terminatur nostra desidel  
ria. Cui felicitas adest: huic nihil prorsus deest.  
Inueniuntur qui regna non optent: qui uero feli  
citatē repudiet nullus existit: Nemo, n. non fe  
lix esse uult: Nemo non felicitatē summam bo  
norū esse consentit. Quo circa de felicitate hu  
mana tanq̄ de re rerum omniū maxime expetibili  
maximeq; expetēda hodierno die dissertare cō  
stitui: Et in hac dissertatione Ex latissimo pra  
torum uirore flosculos non paucos hinc inde de  
cerpere: Quorum odoratu olfactantes recreent.  
• Audiui olim ecclesiasticos contionatores: nō par  
tū in ecclesia existimationis super felicitate conci  
onantes. Sed tam implicata tam spinosa tam in

condita erant: quæ dicebantur: ut in predicanda felicitate infelices fuisse merito iudicarentur: Nos ista lucide dicemus: et historica fide tractabimus. partim oratorio partim philosophico more: Memorantes exēpla ad felicitatē pertinentia: et ueterum philosophorū sententias non incuriose perfrutantes: Sed ne longiori quā par sit exordio uos morer iā rem ppositā ingrediemur. Et de felicitate uerbis opinor nō infelicibus latialiter disputabimus: qđ dū a me fit uos quæso diligēter attēdite: nec minus auribus q̄ animis uerba perpendite.

Definitio  
felicitatis

Dicturi de felicitate hodierna narratione. Primum finiamus quid sit ipsa felicitas: Cuncta. n. p̄ finitionē apertiora fiunt ac magis colliqueſcūt: Est itaq; felicitas: ut inquit Augustinus in. v. de. ci. dei. omniū rerum optandarum plenitudo: uel ut ait Boetius in tertio consolationis: Beatitudo est status omnium bonorum congregatione perfectus: Aristoteles in primo ethicorum decernit felicitatem esse finem rerum expetendarum: Cetera propter felicitatem expeti: felicitatem uero propter se ipsam. sed de hac felicitate: quæ nam ea sit dissentiunt: nec uulgus sapientesq; concordāt: Immo nec ipsi philosophi inter se cōueniūt. Disputātes. n. de finibus bonorū et malorū ua

rias sententias prodiderunt : Constituto autem fine bonorum constituta sunt omnia : Hunc ergo curiosius disquiramus : Quibusdam nihil bonum nisi uoluptatem esse placet : ut epicureis : quibusdam nihil bonum nisi honestum : ut stoicis .

Finis bonorum uel stigmatus .

Hieronymus summum bonum esse autumat uacuitate siue indolentiam : quæ greco uocabulo ἀπαλγῆσις nūcupat : Carneades academicus nihil bonum esse censebat nisi prima natura . hoc est sanitatem robur . pulchritudinem : Et alia id genus .

Indolentia

Dinomachus et Calipho uoluptate Cum honestate dixerunt esse summum bonum .

Diodorus indolentiam honestati copulauit .

Alii in gloria : alii in diuitiis : alii in potentia summum bonum ipsamque felicitatem collocauerunt . quidam in ocio : non pauci in uita rusticana .

Academici uero idest platonici : et peripatetici idest aristotelici : qui philosophorum hand dubie nobilissimi sunt : tria genera bonorum esse tradiderunt : Ex quibus felicitas perficeretur Prima animi bona ut uirtutes : Secunda corporis ut ualitudinem . et pulchritudinem . Tertia externa . quæ fortunæ ascribuntur : ut diuitias et honores

Tria genera bonorum .



Nunc uideamus ex his quid sit uerius nobilio-  
ra fauorabilioraq; haud quaquam somniculose pensi-  
tantes trutinantesue.

Felicitas .  
donum  
deorum .

Ecclesiastici doctores summū bonum esse di-  
xerunt uitam eternā; summum malum mortem  
eternam; Sed nos in presentia de humana felici-  
tate differamus; quæ ut inquit Aristoteles donū  
est deorum; ad quā cuncti mortales peruenire di-  
scipiunt; quāuis diuerso tramite procedant; Et  
quāuis uariæ dissidentesq; sententiæ sint; tamen  
oēs ī diligēdo boni fine hoc ē felicitate cōsentiūt.

An uoluptas sit summa felicitas .

Voluptas  
Aristippi

Aristippus ut hinc exordiamur cōditor sectæ  
cyrenaicæ uoluptatē statuit esse summū bonum:  
Et ita uoluptate meretur ipsam felicitatē: In hāc  
sententiā agminatim pedibus eunt docti pariter  
et indocti. Et. n. mortales eo cōcurrūt. ut inquit  
uerissime Seneca: ubi audiant laudari uoluptatē.  
nec fortassis immerito. Nam si teste Aristotele  
id bonū est quod omnia appetunt: oīa autē appetūt  
uoluptatē: effici uidetur: ut uoluptas sit id bonū.

Sententia  
Eudoxi  
de uolup-  
tate.

Eudoxus quoq; philosophus astrologiæq; cō-  
sultissimus ac Platonis oppido quæ familiaris; de  
quo Lucanus .

Nec meus Eudoxi uincetur fastibus annus:

Voluptatem ex eo summū bonum esse putabat : quia cernebat rationalia irrationaliaq; uniuersa uoluptatē affectare: Huius aut rationes pbabiles uidebantur ob ipius hominis modestiā ac pbitatē: Nō. n. ut uoluptatis amicus uoluptatē asserere credebatur. Sed quia res uere ita se haberet: Nec minus manifestū hoc esse ex contrario censebat : Et. n. cū cōtrariorū contraria sint consequētia: Si dolor ē iquit p se oīb; fugiēdus/ tāq; sūmū malū: Ita uoluptas oībus erit expetēda tāq; sūmū bonū.

Sentētia Eudoxi de uoluptate.

Hæc ōnia manarūt ex schola Epicuri philoso/ phi uoluptariū: qui in uoluptate sūmū bonū felicitatēq; constituebat: Habet hæc secta sectatores pene infinitos: quorum ut inquit Apostolus Deus uenter est: et quæ sub uentre sunt .

Contrariorum cōtraria cōsequētia . Epicurus uoluptariis.

Hinc Philoxenus summum bonum collocans in uoluptate gustatus . *τραπεζου λαριτα ευχετο εχειν* . idest optabat sibi dari gruis collum ut uidelicet diutius illa uoluptate bibendi eden/ diq; frueretur .

Vēter deus uoluptariorū . Dictum Philoxeni .

Hinc Sardanapalus Assyriorū rex gulæ et uentri deditissimus: natusq; helluationi: scripsit in epitaphio: se illa tātū habere quæ edisset: et quæ p libidinē expletā pcepisset. Verba eius hec sunt iscripta monumento, Ede. Bibe. Lude. et cum te mor/

Epitaphium Sardanapali

talem noris presentibus exple  
Delitiis animum. post mortem nulla uoluptas.  
Namq; ego sum puluis: qui nuper tanta tenebam.  
Hæc habeo quæ edi. quæq; exaturata libido  
Hauisit: at illa manent multa et præclara relictæ.  
Hoc sapiens uitæ mortalibus est documentum.

Xerxes. Hinc Xerxes ille maximus persarum rex reperi-  
tori nouæ uoluptatis constituit præmium.

Officiū a uoluptati-  
bus.  
Biberius  
mero. Claudius tiberius nero tertius Cæsarum nouū  
instituit officium: quod a uoluptatibus dicebatur:  
qui propter nimiam uini auiditatem pro tiberio/  
biberius. pro claudio caldius. p. nerone mero uo-  
citabatur: qui noctem continuumq; biduum epu-  
lando bibendoq; consumpsit.

Asoti qui Quid memorem ingluuiem uitellianā: Helio  
gabali et Galeni imperatorum multorumq; aliorū  
asotiam et luxum: qui omnes mancipati fuerunt  
abdomini. ut pote belluones et gulones maximi:  
quales greco uocabulo asoti nuncupantur: de quibus.  
M. tullius libro secūdo de finibus: nolim mihi  
fingere asotos: qui in mensam uomant. Idem  
ait asotos esse de patella.

Quid multa? inuentæ sunt ciuitates et populi  
uniuersi: qui uoluptatē hanc ueluti summum bo-  
num amplexarentur: quales fuere Milesii. Sibarit

ta. et Tarentini .

Olim Milesii luxu diffuentes eiecerunt e ciuitate Hermodorū uirum clarissimū: quia frugalitatis et modestiæ erat amator. Dixerūt enim nemo apud nos frugi sit: nemo unus excellat: Apud grecos et maxime apud Aristophanem in pluto uulgatum est puerbiū de milesiis. ΠΟΤΕ ΗΣΑΜ ΑΛΚΙΜΟΙ ΚΑΙ ΛΗΣΙΟΙ . olim fortes fūere milesii: tanq̄ luxuria et negtia oē robur uirilitatis pdidissent.

Nemo apud Milesios frugi

Sibaritæ uero in italia: quibus ut indicat Quintilianus in tertio. odio erat frugalitas: adeo delitiis et luxuria intemperantes difflebant: uoluptatem ueluti deam amplexantes: ut intra dies septuaginta a Crotoniatis deleti sint. Refert Helius lapridius Sibaritas eo anno quo perierunt repperisse obsonium ganeatū ex oleo et garo: quem Sibariticum missum appellant: quo cū primis delectatus est Heliogabalus .

Sibaritis frugalitas odiosa

Tarentini: ut nomen ipsum indicat: molles delicatq; supra cunctos mortales fuerunt: Namq; tarentum sabinorum lingua molle significat: ut docet Macrobius in tertio saturnalium. unde Tarentinos dici putat. M. uarro: quā in sententiā ire uideri potest. Oratius cū ait: Et molle tarentum

Sibariticus missus

Tarentum molle significat.

Mollem egredere

Non me preterit Erymon nominis tarentinorū a  
liunde deduci apud scriptores idoneos: Apud tar  
rentinos aut delitiæ et uoluptates illicibiles in tan  
tū inualuerūt propter fortunas nimiū secundas:  
ut plures ludos festaſq; celebritates: q̄ reliquos an  
ni dies agerent ut auctor est Strabo. Preterea ſi  
cuti tradit Plutarchus. Balneis. conuiujs. gymnā  
ſijs tarentini indulgebant: Potum et laſciuias et  
id genus genialia imodice percolētes: ex quo flu  
xit illud ſatyrici poetæ .

Atq; coronatū et petulās madidūq; tarētū .

Poſſem infinita prope cōgerere de uita uolup  
taria hoībusq; uoluptarijs: qui hoc fine uolupta  
tem metiuntur: ſed occurrendū eſt aurium ſatie  
tati. uerum quod citra faſtidiū ſit: Solent philoſo  
phi: qui uoluptatē per ſe ipſam tāq; ſummū bo  
num putant appetendam: uerbis pingere tabulā  
quādā: In qua uoluptas in ſella regalī: quaſi quæ  
dā regina conſideat: eiꝝ uirtutes ueluti famulæ  
ſubiiciātur obſeruātes eius nutū: ut faciant quic  
quid illa imperauerit .

Illud quoq; adde quod uoluptates multæ ſunt  
et multifariæ: aliæ honeſtæ: aliæ turpes. Alia ē uo  
luptas eq; alia canis: alia aſini: alia hominis. unde  
illꝝ heracliti ορουσ συρματα ἀρελεσθαι μάλ

Voluptas  
in Solio  
ut regina

Multitu  
ge uolup  
tates .

de felicitate

λοφ χρυσορ: ηδι ορ γαρ χρυσορ τροφη οροιο  
idest asinos magis stramina optare q̄ aurum .  
Dulcius est enim alimentum asinis q̄ aurum .

Dictum  
Heracliti

Voluptatem non esse summū bonum.

Sed profecto nō uidetur esse conueniens atq; de /  
corum : ut summū in homine bonū idem sit qđ  
est in pecore et in brutis animantibus. Ad maio /  
ra enim genuit nos natura: ut inquit orator arpi  
nas: et ut auctor est Seneca i questionibus Ob ali  
ud profecro nati sumus q̄ ut cibum potumq; per  
colemus: Aristoteles in .vii. Ethicorum hinc pbat  
uoluptatem non esse summū bonum: quoniā in /  
quit uoluptates impediunt prudentiam: et quāto  
maiores sunt tāto magis obnubilāt: qđ i aphrodi  
siis idest in rebus uenereis patet: Nemo enim dū  
ueneri operatur perspicere mente quicq̄ potest .  
Plato quoq; dens ille philosophorū ex hoc osten  
dit uoluptatem non esse summum bonorū: quo  
niam addito inquit alio bono fit expetibilior : q̄  
si sola sit: Summum autem bonum nullo addita  
mento cumulari potest: id enim est summum cui  
nihil adiici potest: quod absolutū et ex omni par  
te consumatum est.

Aliud in  
homine  
bonum q̄  
in pecore

Plato de /  
us philo /  
sophorū.

Preterea summum bonum nunquā in malum

Voluptati  
soror  
tristitudo

Morbi ex  
saturitate  
hippocra  
tes maxi  
mus me  
dicorum.  
Galenus.  
Pinguis uē  
ter nō gi  
gnit sen  
sum tenu  
em.

uertí uidetur posse : atq̄ saepe ex uoluptatē mala  
proueniunt. et merores subsequuntur: ut enī grei  
co uocabulo restatum est. ἡ ΔΟΡΗ ΑΔΕΛΦΗ ΕΣΤΙ Τῆ  
Ἡ ΛΥΠΗ . hoc est uoluptati soror est tristities :  
ex quo exiit illud plautinum in amphitrione.  
Ita dis placitum : uoluptati ut meror comes sub  
sequatur.  
Quaedam sunt uoluptates: quas ob turpidinē oc  
cultamus: quod autem summum bonū est id oc  
cultari non debet: et si solerter pēsitauerimus: nō  
potest uoluptas uentris et coitus esse summa feli  
citas: cum saepe causa sit egritudinum: morbi. n.  
ut inquit diuus Hieronymus aduersus Iouinianū  
saturitate nimia concitantur: et multi quod turpi  
ter ingesserūt turpius egerūt. Hippocrates quoq̄  
maximus medicorum docet crassa et obesa corpo  
ra in paralysem et pessima morborum genera erū  
pere: nisi cita missione sanguinis minuantur: un  
de et athletæ quorum uita et ars sagina est: ut in  
quit Galenus doctissimus Hippocratis interpretes  
diu uiuere non possunt. nec diutina perfrui ualiti  
tudine: quorum mentes adipibus inuolutæ nihil  
sublime nihil tenuē possunt cogitare: Nam ut ait  
Hieronymus: pinguis uenter non gignit sensum  
tenuem.

## de felicitate

Annetis Seneca seueriffimis uitijs castigat  
tor perorans in uoluptatem gulonum sic scripsit  
prope diuinitus. Inde inquit pallor est et neruo  
rum uino madentium tremor. et miserabilior ex  
cruditatibus q̄ ex fame macies. Inde incerti laben  
tium pedes: et semper qualis in ipsa ebrietate titu  
batio: inde intra cutem humor admissus: distētus  
q̄ uenter: dum male assuescit plus capere q̄ pote  
rat. Inde suffusio luridæ bilis et decolor uultus. ta  
besq̄ in se putrescentium. et retorti digiti articu  
lis obrigescentibus: neruorum sine sensu iacenti  
um torpor: aut palpitatio corporū sine intermissi  
one uibrantium. quid capitis uertigines dicā? q̄d  
oculorum auriumq̄ tormēta et cerebri estuantis  
uerminatōnes? et omnia per quæ exoneramur in  
ternis ulceribus affecta. Innumerabilia preterea  
febritum genera. aliarum impetu subeuntium. ali  
arum tenui peste repentium. aliarum cum horro  
re et multa membrorum quassatione uenientium:  
Quid alios referam innumerabiles morbos sup  
plicia luxuriæ? hæc doctissimi et perinde sanctis  
simi uiri uerba: quem non ex helluonibus istis ru  
bore suffundant: quem non reuocent a uolupta  
te pestifera: quæ tot malorum mater est atq̄ fo  
mentum.

Seneca in  
degulato  
res.

Oratio  
Seneca

Mala ex  
igluuie.

Vermina  
tiones ce  
rebri.

Oratio  
Seneca



Critolaus peripateticus malū esse uoluptatē ait  
et multa alia mala parere ex sese / uidelicet: iniuri  
as. desidiās. obliuiones. ignauias .

Antisthe  
nes .

Antisthenes socraticus phūs dixit uoluptatē esse  
summū malū. Eius namq; hoc uerbū est.

μαρτυρῆν μάλλον ἢ ἠσθεῖν ἢ ἰδὲστ ἰσανιρῆν  
potius q̄ oblectarer. In morsum uoluptuosorum  
dixit Oratius.

Oratius .  
Silius .

Sperne uoluptates nocet empta dolore uoluptas.  
apud Silium in .xv. punicorum. Virtus uoluptatē  
incessit Contitio hoc obiurgatorio et graui .

Quippe nec ira deū tātū nec tela nec hostes :

Quātum sola nocēs animis illapsa uoluptas.

Ebrietas tibi fida comes: tibi luxus: et atris

Circum te semper uolitans infamia pennis.

Aristoteles ī tertio ethicorū uoluptates gustus  
et tactus ait esse belluinas.

Coitus le  
uis epilep  
sia .

Hippocrates prodidit τῆρ σῆρουσιαρ εἶραι  
αἰκρὰρ ἐπιληψιαρ ἢ ἰδὲστ coitum esse leuem  
morbum comitiale .

Democritus uenerem damnauit: in qua homo  
exiliret ex homine.

Greci eos q̄ duabus his pecuinis uoluptatibus  
sefe totos dediderūt appellāt uocabulis p̄brosis .

ἀκολαστουσ καὶ ἀκρατεισ .

latine

## de felicitate

intemperantes et incōtinentes dicere possumus .

Socrates fons philosophorū dicebat multos homines p̄pterea uelle uiuere: ut ederent et biberent se bibere atq; esse ut uiueret .

Scitum  
Socratis.

In decretis Canonicis .D. ultima de consecratione legimus quosdā morbo articulari et podagra humoribus laborātes prosc̄riptione bonorū ad simplicē mēsam et pauperes cibos redactos cōualuisse . Habundantia .n. epularū ut inquit uerissime Iohannes Chrysostrōmus morbū facit et molestias ingerit . et egritudines generat : Et putrescere facit corpus humanum .

Io. Chry  
sostrōmus

An gloria sit summum felicitatis.

Quanto honestior uideri debet sententia illorum: qui summū bonum felicitatēq; ī honore et gloria collocauerunt : Videtur ferme hec fuisse summa boni in summis imperatoribus Romanorū . Grecorū . Barbarorū : qui uoluptates oēs contēpserūt : q̄ dies noctesq; in laboribus militaribus exanclauerūt : qui uigilarunt : sudarunt : alserunt ob hoc solū : ut gloriosi uiuerēt : gloriosiores morerentur : de quibus illud est poete satyrici .

Ad hec se romanus : graiusq; et barbarus idup  
Erexit : causas discriminis atq; laboris  
Inde habuit : tanto maior famæ sitis ē q̄ uirtutis .

Iuuenalis  
Salustius

In romanorum laudē dixit Salustius : Laudis  
auidi pecuniæ liberales erant: gloriã ingentem: di  
uitias honestas uolebant.

Augusti /  
nus

Hanc gloriam ut inquit eleganter diuus Au /  
gustinus ardentissime dilexerunt : propter hanc  
uiuere uoluerunt: propter hanc et mori non du /  
bitauerunt Ceteras cupiditates huius unius cu /  
piditate prefferunt.

Flaccus.

Hec gloria ueluti finis felicitatis Fabios. Mar /  
cellos. Africanos: Cesares incitauit inflamauit: ex  
timulauit ad res magnas forti aĩo capessendas: de  
hac cecinit Valerius Flaccus .

Silius .

Tu sola animos mentemq; peruris gloria.  
Hanc Silius italicus facem honestæ mentis ap  
pellat cum ait.

Oratius .

Abripuit traxitq; uirũ fax mētis hōeste gloria.  
De hac oratius: sic meminit in sermonibus.

Milciadis  
trophea  
calcar the  
mistoclis

Sed fulgente trahit constrictos gloria curru  
Non minus ignotos generosis.

De themistocle atheniēsi scribūt historici: qđ  
noctu ambulabat in publico: qđ somnũ oculis ca  
pere non posset: querētibusq; huiusce uigiliae cau  
sam respondebat: milciadis tropheis et gloria se  
ex somno suscitari.

Demosthenes oratorũ apđ grecos clarissimus

De felicitate

ualde letatus est gloriolæ susurro: quādo anus at/  
tica aquā ferēs ita alteri insusurrauit: Hic est ille  
Demosthenes, grece dulcius effertur οὐτὸς ἐστὶ  
Δημοσθένης. Nec imerito, mortales enim ad  
laudem et gloriam geniti sunt. Et ut iquit uerif  
sime Silius.

Hic ē De  
mosthe/  
nes.

Ad laudes genitum capiat si munera diuum:

Felix ad laudes hominum genus.

M. Tullius ait príces gloria eē alēdos/ tanq̄ id  
sit pabulū suauissimū: Et ut idē alio loco inqt tra  
himur oēs laudis studio: Et optimus q̄sq; maxie  
gloria duciē. Nullā pfecto uirtus aliā mercedē la  
borū piculorūq; desiderat p̄t hāc latidis et gloriæ

Trahi/  
mur oēs  
gloria.

Alexandri: qui ex rebus gestis nomen magni  
sibi inuenit: pectus insatiabile laudis fuit: q̄ plusq̄  
par sit sititor gloriæ Anaxagora referente innu  
merabiles esse mundos ex auctoritate democriti  
preceptoris. Heu me miserū inquit: qui ne uno  
quidem mundo sum potitus, hinc exiit illud.

Sititor  
gloriæ  
Alex.

Vnus pelleo iuueni non sufficit orbis.

Hinc controuersia illa est apud Senecam fami  
gerata. Alexander orbi terrarum magnus est. or/  
bis Alexandro angustus est: Idem cum in sigeo  
ad Achillis tumulum astitisset O fortunate  
inquit adolescens: Qui tuæ uirtutis preco!!!

Orbis ale  
xādro an/  
gustus est

nem Homerū inueneras: quod apud Siliū uersis  
sibus modulatis sic expressum est.

Felix eacida: Cui tali contigit ore

Gentibus ostendi. Creuit tua carmine uirtus.

Lachry  
mæ Cesa  
ris.

Cesar cum apud Herculis templum in Hispania res gestas ab Alexandro ut inquit Plutarchus contēplaret ī pictura: ingemuit illachrymauitq̃: ueluti ignauia suam pertesus: quod nihil tum memorabile a se actū esset in ea etate: qua iam Alexander orbem terrarum subegisset.

Hānibal

Hannibal penorum ille inelytissimus Imperator: apud Siliū alloquens milites in pugna canenti mercedē laborum suorum solā gloriā eē uult. Sic enim inquit

Mihi magna satis sat uera superq̃

Bellandi  
merces  
gloria.

Bellandi merces sit gloria. cetera uobis

Vincantur

Quid multa? non solum magni in re militari duces: et egregii in administratione rei pu. Ciues gloriā inhiant. Et amplexantur: sed etiā scriptores ferme oēs hanc gloriā ueluti premiū uberrimum suarum lucubrationū spectare uidentur: illi quoq̃ philosophi qui libros scripserunt de gloria contēnenda sua nomina in titulo inscripserunt. Et in liminari pagina lectitari uoluerunt. quid

nonne et opifices ipsi gloria ducti nobilitari uolunt? Namque Phidias ille inter statuarios artifex nunquam satis pro meritis laudatus: cum fecisset simulachrum mineruæ incomparabile: nec ei liceret inscribere ut moris est nomen suum: inclusit in clipeo suam ipsius effigiem: qua conuulsa tota operis colligatio et structura soluebatur.

Sauros quoque et Batrachus sua impensa constructisse produntur templa octauix porticibus inclusa / inscriptionem sperantes: qua negata hoc tamen alio modo usurparunt. In columnarum enim epistiliis insculperunt ranam atque lacertam: tanquam nominum eorum argumenta. Sauros enim grece lacerta et batrachos rana significatur.

Libet et mihi ut de me non nihil transeunter attingam usurpare illud Oratianum.

Gaudeo: quod spectant oculi me mille loquentem. Hoc unum etiam adiciam quod tanta gloriæ cupiditas est insita mentibus mortalium: ut quidam sceleribus innotescere uoluerint: quia uirtutibus nequibant. inter quos haud dubie numeratur Herostrotus: de quo Gellius. Valerius. Solinus in polyhistore / et ceteri omnes non pauca perscribunt. hic enim Dianæ ephesæ templum incendit: quod opus pulchritudine et magnificentia inter septem

Vafricia  
phidix.

Exemplum  
herostrati

spectacula mundi meruit annumerari: ut uideli /  
cet consumpto opere pulcherrimo nomen suum  
per totum orbem diffunderetur .

fama ma  
gna ma /  
gis q̄ bo /  
na.

Ephesii publico decreto sanxerūt ut hic esset illau  
datus inominatusq̄: sed frustra. i hodiernum. n .  
noīatur. i hodiernum est famigeratus: quod solū  
cupiebat. Et quod Liuius dixit de Mālio capitolī  
no q̄ fama magna malebat esse q̄ bona: hoc idē  
de Herostrato dicendum: qui hoc solum curauit  
ēt nephāda patrādo / ne uita sui obliuisceretur .

Gloriam non uideri finem felicitatis.

Gloria .  
quid

Verū hęc gloria nō uidetur ēē finis ille felicitatis: quem querimus: cum sit res caduca : et intra breue seculum flaccescat: cū aliunde pendeat: qđ de summo bono credi nephas est: magis enim in laudantibus q̄ in laudato consistit gloria: quę nihil aliud est: q̄ opinatio de aliena uirtute bene sentientium. huc adde quod philosophi et cūprimis diuus Augustinus amorem laudis et glorię feruētissimum uitium ēē dixerūt. hīc illud Oratianū .

Perseus .

Laudis amore tumes. Hīc illa psiana mordacitas  
Egregiū cū me uicinia dicat nō credā : et illud .  
Sed recti finemq̄ extremumq̄ esse recuso  
Euge tuum et belle .

Exclamat tragicus poeta O doxa doxa. o gloria

de felicitate

gloria: quid aliud es q̄ auriū iflatio magna.

Democritus abderites philosophus latatus ē :  
q̄ athenis multos annos uixerit ignotus illi urbi:  
ueni inquit athenas et nemo me nouit.

Anneus Seneca decēter ait: qui uixit notus om-  
nibus ignotus moritur sibi. Et ab Oratio luculen-  
ter dictum est .

Nec uixit male: q̄ natus moriensq̄ fefellit.

An in potentia sit collocata felicitas.

Quidam summū bonum in summa potentia  
constituūt: hi uel regnare ipsi uolunt/ uel adhere-  
re regnantibus iudicāt esse felicissimum pulcher-  
rimūq̄. Et profecto regnum res est ut ait Linius  
iter deos hominesq̄ pulcherrima. Reges sunt dii  
terreni: quod etiam historico exemplo cōprobat.  
Namq̄ Anatharicus gothorum rex constantino  
polim ad Theodosium imperatorem post ictum  
fedus inuisendi causa uenit: a quo comiter et ho-  
spitaliter acceptus est: et cum urbem introiisset:  
cumq̄ edificia ciuitatis pulcherrimæ atq̄ frequē-  
tiam populi contempleretur: Cumq̄ deinceps  
imperatoris regiam ingressus obsequia officiaq̄  
diuersa conspiceret, sine dubio inquit Deus terre-  
nus est imperator.

Gloria in  
flatio au /  
rium.

Democri-  
tus .

Nemo  
me nouit

Reges dii  
terreni.

Dictum  
Anatarici



ni rhol  
iur eiafi  
mim  
Democh  
ia  
Nemo  
me nouit

Malo hic  
ēē primus  
q̄ Romæ  
secundus

Regnum  
res onero  
sa .

In libro Esdre scriptum legimus. si dixerit Rex exterminate Exterminant. plantate plantant: cū / cta obediunt regis maiestati: Dicere solebat Iulius Cæsar: Si uiolandum est ius: regni causa uiolā / dum est: Idem cum ī alpibus oppidulum oppido pusillum preteriret: amicis quærentibus an etiam illic seditiones aliqua de principatu forent: ἀλλ / λου αὖ εφη εβουλομην προτος ερταυεα ει / ραι η δευτερος ερ ρωμη. malle inquit hic esse primus: q̄ Romæ secundus. Hinc illud Papi / nii statii. Sed summo dulcius unū stare loco .

Polynices quoq; apud Senecam ait: pro regno uelim. patriam. penates. cōiugem flammis dare .

Potentiam non esse summum bonum.

Ceterum multa sunt: quæ documento sunt so / lidam felicitatem non esse in potentatu et regno collocatam; et illud imprimis: quod scribit Dion / prusensis . Regnum esse rem arduam laboriosā plenam curarum: plenam negotiorum: quæ inco / moda principes ipsos saepe perturbant.

Preterea uersus est antiquus prouerbii uice inuul / gatus usurpatusq; .

Necesse est multos timeat: quem multi timent .

Recepto autem semel hoc metu non potest ēē firma ac inconcussa felicitas: Semper autem ut in

quiunt philosophi aliquis terror impendet: ex quo colligitur beatitudinem hanc quam querimus: in regno reperiri non posse: ut pote refertissimo terrorem atque formidinum: A Seneca non minus uere quam uenuste scriptum est.

Simul ista posuit Conditor mundi deus. odiū atque regnum.

His astipulatur scitum illud regis illius: quem ferunt traditum sibi diadema. prius quam capiti id imponeret retentum diu Considerasse ac dixisse.

O nobilem magis quam felicem pannum: quem si quis penitus cognoscat: quam multis sollicitudinibus. et periculis. et miseris refertus sit: ne humi quidem iacentem tollere uellet.

Notissimum memoratissimumque est exemplū Damoclis atque Dionysii: Nam cum Damocles commemoraret in sermone copias. et opes. ac maiestatem Dionysii syracusani: Negaretque unquam beatiorē extitisse: uis ne inquit Dionysius o Damocle quoniam te hæc mea uita delectat ipse eandem degustare. et fortunam experiri meam? cum se ille cupere dixisset. collocari iussit hominem in aureo lecto. strato pulcherrimo. textili stragulo. abacos complurimos strauit argenteis aureisque celatis uasis. tū ad mensam eximia forma pueros iussit consistere.

b.iii.

Terror impendet.

Nobilem magis quam felicem pannum.

Exemplū damoclis et dionysii.

Gladius  
e lacuna /  
ri demis /  
sus .

Tātali sa  
xum

re: eosq; ad nutum illius intuentis diligenter mi  
nistrare. Incendebantur odores. mensæ conquisi  
tissimis epulis extruebantur. aderant unguenta .  
coronæ. deliciarum omne genus. Fortunatus sibi  
Damocles uidebatur in hoc tam beato apparatu  
gladium fulgentem e lacunari seta equina appē  
sum demitti iussit ut impenderet illius beati cerui  
cibus ; Cumq; ille Dionysiacas copias imminen  
tis mortis periculo aspernaretur: iamq; beatus am  
plius esse nollet: Talis est inquit Dionysius uita  
quam beatam putabas: sic semper nobis mortem  
imminentem uidemus. Existimate ergo quo mo  
do felix ille esse poterit : qui sēper timere cōpelli  
tur : cuiq; Tantalī saxum ut dicitur semper im  
pendet .

Imperiū res est inuidiosissima: ut inquit Vopi  
fcus: meritoq; ait Sidonius Apollinaris Non affē  
rior his : qui summam beatitudinem existimant  
summam potestatem: Nā sicut hominibus reges:  
ita regibus desideria dominandi dominantur: hīc  
inuenti complures: qui uitā priuatam ociosamq;  
regno anteponerent. Seneca.

Me mea tellus lare secreto tutoq; tegat .

Catullus.

O quid solutis est beatius curis. Oratius.

de felicitate

Nec oia diuitiis arabum liberrima muto.

Aristoteles in ethicis inquit Videtur felicitas esse in ocio: Negociamur ut ociemur.

Nō ab re fuerit hoc potissimum loco exemplum de Pyrrho Et Cynea pulcherrimum recēdere: Cyneas enim faciētia memoriaq; prepollēs: pyrrhū ad italiam propensum cernens: Sic illū aliquādo ociosum affatus est. Egregii bello o pyrthe romani esse dicuntur: qd si eos superare dii dederint quid tunc agemus? ad hec pyrrhus Nulla inquit nobis neq; barbara neq; greca ciuitas resistere poterit romanis superatis: sed statim totius Italiae imperio potiemur: parumper cōmoratus Cyneas/ cū italiam ait ceperimus quid tunc agemus? Et pyrrhus proxima inquit est insula sicilia opima et o pulenta: quæ captu facilis erit. Recte inquis dicis Cyneas: sed an finis militiæ nobis erit cepisse siciliam? Deus modo inquit uictoriā præstet: Nā his ueluti preludiis utemur ad res maximas conficiendas. quis enī a phricā abstrineat et carthagine: qua subacta nullus nobis resistet orbis. Ita est inquit Cyneas Sed uictis omnibus et subactis quid faciemus tandem? et Pyrrhus subridens ociabimur inquit: et quotidiana festiuitate latitiāq; pfruemur:

Felicitas in ocio.

Exemplū cyneæ et pyrrhi.

Ociabimur.

tunc Cyneas : quid uetat o rex inquit quominus  
nunc ista letitia et festiuitate et ocio perfruiamur.  
Suppetit quippe nobis sine labore fa cultas istarū  
rerum omnium: ad quas per sanguinem et pericu  
la et erumnas peruenturi sumus: Verissima erant  
quæ dicebantur a Cynea: sed pyrꝛhūm nequaquā  
ab incepto retraxerunt: iam iam regno italico in/  
hiantem et spes immodicas anhelantem .

Laus uitæ  
rusticæ

Non pauci extiterunt: qui ocium et uitæ rusti/  
cæ simplicitatem fortunatam esse censuerunt: In  
eaq; ueram felicitatem collocauerunt: haud du/  
bie uitam rusticam urbanæ antepontes. hīc ait  
Maro . O fortunatos nimiū sua si bona norit  
agricolas. Et Oratius Rure uiuentē be  
atum esse autumat: q; alio quoq; loco sic cecinit:  
Beatus ille qui procul negociis  
Ut prisca gens mortalium :  
Paterna rura bobus exercet suis  
Solutus omni fenore.

Aglaus  
nunquā  
egressus  
agellum .

Delphicum oraculum Aglaūm dixit esse feli/  
cissimum : qui in angustissimo archadiæ angulo  
paruum sed annuis uictibus large sufficiens pre/  
dium colebat: nunquā ex eo egressus et ita minima  
cupidine minimum in uita mali expertus, et pro/  
fecto ut ait idem Oratius.

## de felicitate

Viuerē naturā si conuenienter oportet.  
Vidisti ne locum potiore m rure beato?  
Natura enim ut inquit .M. uarro dedit agros:  
ars humana edificauit urbes.

Rusticatio autem ab exiguis profecta primordiis ad summum columen peruenit: Hinc apud antiquos grecos illustrissimus quisq; pastor erat: ex quo alios greco uocabulo: polyarnas: alios poly melas: alios polybutas uocitarunt: a multitudi ne uidelicet agnorum: ouium: ac bouum.

Romani cum uirum bonum laudabant eū bonū agricolā bonūq; colonū appellitabant. amplissime enī laudari existimabant: qui ita laudabatur.

In tāto denique honore apud priscos fuit agricolatio ut imperatores romanos nō puduerit manibus triumphalibus agros colere: semina tractare: arbuta disponere. Preterea nobilissimarum familiarum non aliunde cognomenta sunt: quā a rebus rusticanis: Nam Fabii, Lētuli, Cicerones. A leguminibus: quæ quisq; optime serebat cognominati sunt. Pisones a pisendo dicti. Multa quoq; nomina habemus ueterum romanorum: partim a maiore partim a minore pecore deducta: Hinc enim iunios bubulcos: statilios tauros:

polyarnes  
polyme  
les.

polybutæ

Triūpha  
les arato  
res.

Italia a ui  
tulis .  
Pecunia  
a pecore.  
Dioclitia  
nus depo  
suit impe  
rium.  
Scripto /  
res rei ru  
sticae .  
Portius  
cato .

Pomponios uitulos cognominarunt: Hinc portii  
Catonēs: et Annii capræ nominantur: Quin ē  
italiam nuncupationem traxisse a uitulis: quos  
greci antiqui italos uocabant nemo non nouit:  
Hinc locupletes appellati loci hoc est agri pleni:  
et ipsa pecunia: ipsumque peculium a pecore nomē  
fortiuntur: Infinita prope dici possent de uitæ ru  
sticæ bonis ac felicitate: sed me ipsum cohibeo: cū  
in libro orationum nostrarum extet oratio conti  
nens laudationem rusticationis uberrimam. Illud  
dissimulāter preterire non possum: quod Diocli  
cianus imperator imperio deposito contulit se in  
ocium rei rusticæ quietissimum: illicque beatissime  
cōsenuit: et Attalus rex omīssa regni administra  
tione hortos fodere cepit et uillicari. De agricul  
tura non minus honorata quā frugifera Reges du  
cesque amplissimi scriptauerunt.  
Siquidem Hiero, Athalus, et Archelaus reges:  
Xenophon et Mago duces uolumina de re rusti  
ca condiderunt: Preterea inumeri tam greci quā la  
tini cōditores negocium istud stilo illustrauerunt.  
Sed eorum qui extant Marcus portius cato omni  
um bonarum artium magister optimus ac sine  
mulo agricola librum composuit precepta colendi  
di agrum continentem: post Catonem Terentius

## de felicitate

Varro: qui a teretiano uir doctissimus undecūq;  
dictus est: annum iam uitæ octogésimum pri-  
mum agens rem rusticam expoliuit. Plinius no-  
ster: quo nil doctius. composita breuitate uenu-  
stauit: Palladius decentissimo ordine distinxit.  
Columella autem tanquã rusticationis parēs to-  
tum disciplinæ rusticæ corpus luculentis uolumi-  
nibus complexus est: Virgilius uero carmine Ge-  
orgico rem rusticam potentem fecit: reddiditq; il-  
lustriorem. Et nos hoc anno duos hos inclytissi-  
mos rerum rusticarum scriptores publico audito-  
rio profitebimur: id maxime curantes ut non mi-  
nus frugifera sit: q̃ uoluptifica nostra professio:  
Sed iam reliqua propositi peragamus.

### An diuitiæ sint finis bonorum.

Quidam immo pene omnes autumant sum-  
mum bonum esse diuitias, et solam diuitem esse  
beatam, simul concinentes illud oratianum.

O ciues ciues querenda pecunia primum.

Virtus post nummos.

Nec minus illud

ex sermonibus.

Omnis enim res, uirtus, fama, decus diuina hu-  
manaq; pulchris.

Teretius  
uarro.

Plinius.

Palladius

Columel

la.

Virgilius

An ditius

beatus.



Petroni  
us arbiter

Diuitiis parent: quas qui construxerit ille  
Clarus erit. fortis. iustus. sapiens. etiã rex. et q̄c  
quid uolet. Oratianæ sententiæ a stipula  
tur Petronius arbiter cum ait.

Bona q̄  
beent.

Quisquis habet nummos secura nauiget aura:  
Fortunãq; suo tēpet arbitrio. Et mox paulo  
Multa loquor quid uis nūmis presentibus opta.  
Eueniet: clausum possidet arca iouem.

Pecuniæ  
nerui re /  
rum.  
Dictum  
ueris.

Hinc iurisconsultus ti. de uerborum significatōe  
refert bona dici diuitias ab eo q̄ beent: idest bea  
tos efficiant. ait. M. tullius diuitias esse effectrices  
rerum magnarum et cūprimis uoluptatum: pecu  
niæ nerui sunt bellorū: aurum persuasio est regū.  
Huic metallo ut inquit uerissime Apuleius Diffi  
cultates omnes sunt peruiæ: et auro adamantinæ  
fores perfringūtur. Dictitare solebat Verres nihil  
esse tã sanctū quod nō uiolari: nihil tam munī  
tū: quod nō expugnari pecunia possit. Aurū ut  
inquit Oratius: Per medios ire satellites. Et per  
rumpere amat

Scitū Phi  
lippi.

Saxa porentius ictu fulmineo.  
Philippus macedonum rex omnia castella ex  
pugnari posse dicebat: in quæ modo asellus onu  
stus auro posset ascendere: Ideo imperatores  
boni quod tormentis et machinis expu

## de felicitate

gnare non possunt: uincant auro. sicut philippus urbium portas diffindebatur.

Cum in presentia maiors fulminet et telum suum concuriat / nō nihil uelut in transcurso de re bellica interferamus.

Maiors fulminat

Plurimum in bello pollere creduntur militum copia et uirtus. Ingenia imperatorum. fortuna p̄ omnia humana maxime in res bellicas potēs. qui uero pecunias bellorum neruos esse dixerunt oraculo certiora dixisse uidentur: Archidamus lacon sociis percunctantibus: quātum satis foret pecuniarum ad belli administrationem respōdit. ο πολεμος ου τετραμερα ζητει hoc est bellum ordinata non querit. Existimat. M. tullius in summo imperatore quatuor has res inesse oportere. Sciētiam rei militaris: uirtutem: auctoritatem: felicitatem: Non pauci addunt quintam ueluti potentissimam auri copiam affluentiore: sine quo reliqua manca et mutila esse existimātur: sine quo preclara non facile geri possunt: Namq; officiū boni imperatoris est ut quod uiribus efficere nō potest id auro efficiat: interdum astu calliditateq; conficiat: imiteturq; Lysandrū qui censebat uti lapis pellem assuendam esse quo leonis nō assequeretur: qui dicebat pueros talis esse decipiendos:

Quæ in bello polleant.

Lysander

Vulpina pellis assuenda leoni.

Minotau  
rus inter  
signa .

Exercitus  
sine duce  
corpus si  
ne spiritu  
Oues ex  
dem. pa  
stor alius

uiros autē iure iurando. Sed in arcanis sit et ἀπό  
ρητοῖς quod facturum est imperator: Vnde pre  
ceptum militare traditur a Vegetio . Quid fieri  
debet tractato cum multis: quid uero facturum sis  
cum paucissimis. uel potius ipse tecum. hinc lau  
datus ille Metellus: qui interroganti: quid factu  
rus foret respondit, si uestem hanc mei cōsiliū cō  
sciam esse crederē: eam flammis deurerē: hic iter  
signa romana erat minotaurus: ut quēadmodum  
ille ī intimo labyrintho abditus erat: ita ducis cō  
siliū semper deberet esse secretum. Dicere sole  
bat Paulus Emilius bonum imperatorem nūquā  
signis collatis decertare oportere nisi summa ne  
cessitudo aut summa ei occasio data esset. Milita  
ris sine duce turba corpus esse creditur sine spiri  
tu: plusq; pollet interdum bonus imperator q̄ nu  
merosus exercitus: Hinc cum Scipio Aemilianus  
nummantinos uertisset in fugam / illiq; grauiter  
indignarentur querentes: quid romanos fu  
gissent: quos prius toties fugauissent: tunc nū  
mantinum quempiam dixisse ferunt . ὅς  
τὰ πρόβατα ταῦτα καὶ νῦν ἐστὶν ὁ δὲ ποι  
μὴν ἄλλος. hoc est oues quidem et nunc easdē  
esse sed pastorem alium: Vereq; proditum est tā

## de felicitate

ti esse exercitum quanti imperatorem: Ex quo il-  
lud Chabriæ dignum scitu dignumq; memoratu  
est: qui dicere cōsuevit. ΟΤΙ ΦΟΒΕΡΟ ΤΕΡΟΥ ΕΣΤΙΡ  
ΕΛΑΦΩΡ ΣΤΡΑΤΟΠΕΔΟΥ ΗΓΟΥΜΕΡΟΥ ΛΕΟΡΤΟΣ  
Η ΛΕΟΡΤΩΡ ΕΛΑΦΟΥ. idest formidabiliorem  
esse ceruorum exercitum duce leone: q̄ leonum  
duce ceruo. Idem dicebat officium optimi impe-  
ratoris esse res hostium et consilia optime nosse.  
Id autem fit commodissime per fidissimos explo-  
ratores: parantur autem tales liberalitate et pecu-  
nia: quæ uel una uirtus sæpe uictoriam prestat ex  
hostibus: qua Cæsar dictator milites sibi reddi-  
dit deuotos. fideles. obnoxios. In hec diuertissi-  
se non fuerit alienum: propter gliscentes in dies  
bellorum rumusculos: quibus italiam flagratu-  
ram ominantur.

Ergo igitur ut ad propositum reuertamur:  
pecunia ingens generis humani bonum existima-  
tur: ut inquit Euripides. pecunia i honore. pau-  
pertas probro haberi cepit: ut Salustius Senecaq;  
notificant: Cui diuitiæ supersunt huic nihil proxi-  
sus deesse creditur.

Et genus et formam regina pecunia donat.

Dictum  
Chabriæ  
scitissimū

Euripides

Et bene nummatum decorat suadela uentisq;  
ut inquit Oratius . prouerbii quoq; uice illud in  
uulgatū: Vnde habeas querit nemo sed oportet  
habere .

Gratius  
aurum q̄  
sol .

In decretis canonicis Di. quadragesima septima  
traditum est: qđ mens mortalium semper aurū ;  
semper argentum uidet: gratius intuentur aurum  
q̄ solē: omis nostra oratio ad deum aurū querit.

Huic sententiæ subscribit illud satyrici poetæ  
memoratissimum;

Iuuenalis

Prima fere uota et cunctis notissima templis  
Diuitiæ crescant: ut opes; ut maxima toto  
Nostra sit arca foro;

Seculum  
atreum .

Seneca libro uigesimo secundo epistolarū: Ad  
mirationem inquit parentes auri argentiq; fece-  
runt: totus populus in alia discors. in hoc conue-  
nit. hoc suspiciunt. hoc suis optant. hoc dis uelut  
maximum rerum humanarum consecrant : Del-  
niq; quod optimum uideri uolūt seculum id au-  
reum appellant: Sine me inquit alius uocari pessi-  
mum : simul ut diues uocer: An bonus nemo: an  
diues omnes querimus / non quare et unde: quod  
habeas tantum rogant: ubiq; tanti quisq; quātū  
habuit fuit.

Pessimus  
dū diues.

Consimile est illud Apuleii ex apologia: tāti re

## de felicitate

uera estis quantum habetis.

Caligula Romanus imperator existimans aurū esse summum beatitudinis super innumeros aureorum aceruos nudis pedibus spatiatu et toto corpore aliquādiu uolutatus est.

Grecus ille Alcmeon : de quo scribit Herodotus: olim pregrandem tunicam indutus: et calceos latissimos calceatus: perexit ad thesauros Cresi: Creso permittente. ibiq; in aceruos aureorum percumbens primum referfit calceos auro: dein omnes sinus uestimenti: quin etiā Ramenta auri cribibus implicuit: os quoq; et manus auro completuit: exiuitq; auro suffarcinatus non homini similis sed monstro: cuius os erat turgidum / et cūcta membra auro onusta.

Interrogatus Bias prienensis quidnam faciens homo delectaretur. Lucrans inquit.

Pithius quoq; bithinicus: qui Xerxis temporibus claruit auri cupidine incensus: rāq; id summū bonum foret: omnes ciues in metallis auri fodiendis occupatos habebat. Idq; unum auri congerendi studium tātopere colebat: ut multi ob laboris magnitudinē interirent. Vnde mulieres agminatim ad Pithei uxorem uenerunt orantes : ut huic malo mederetur: quæ illas bono animo esse iussit :

Caligula

Alcmeon  
onustus  
auro.

Respōsū  
Biantis

Historia  
Pithii rel  
motior.

Solertia  
femina .

Obsonia  
ex auro .

Platanus  
aurea .

Dein adhibitis artificibus panes et edulia omne  
genus ex auro confici precepit: quibus diligen-  
ter studioque confectis pitheo parari cenam postula-  
ti auream mensam uxor apponi iussit: cuius aspectu  
delectatus est pitheus ut pote mira arte singula  
elaborata conspiciens: inde aspectu iam habunde  
satiatus cibum afferi precipiebat. uerum uxor  
cuncta quae postulasset ex auro concinata iubebat  
apponi: cumque ille iracundia percitus esurire se uol-  
luceretur: neque aurum se id temporis amplius ex-  
poscere: Tum uero mulier cordata et prudentia  
pollens: nullius inquit rei o coniunx preter hanc  
unam habendae facultatem prebes: omnis omnium  
uirorum cura tuo iussu in parando auro uersatur:  
iam nemo agros colit, iam omnis serendi plantandi  
arbores: et totius rusticationis diligentia intercidit:  
dum in auro fodiendo tuo iussu omnes sunt oc-  
cupati, hac uxoris castigatione tam sancta: tam ue-  
ra: non mediocriter commotus pitheus est. Fodiendi  
tamen auri negocium nequaquam penitus omisit: tam  
quam in auro summa beatitas esset collocata: Hic est  
ille pitheus: qui platanum aureum Vitemque nobilem  
illam Dario regi donauit: qui Xerxis copias innum-  
erabiles excepit epulo: stipendium quoque quin-  
que mensium frumentumque pro alendo exercitu

## de felicitate

pollicitus .

Diues ille apud Oratium sic inquit  
Populus me exhibilat: at mihi plaudo ipse domi:  
Simul ac nummos contemplor in arca.

Penetramus inquit non minus uere quā eleganter  
plinius. In terræ uiscera auri argentiq; uenas et æris  
ac plumbi metalla fodientes: gemmas etiā et quos  
dam paruulos querimus lapides scrobibus in pro  
fundum actis: uiscera eius extrahimus: ut digito  
gestetur gemma / quam petimus: quot manus at  
teruntur ut unus niteat articulus: Si ulli essent in  
feri iam profecto illos auaritiæ: atq; luxuriæ cūni  
culi refodissent.

Diuitias non esse finem felicitatis.

Verum enim uero ut tradit Aristoteles Ipsæ di  
uitiæ nequaquā sunt ipsum summum bonum: Sūt  
quidem utiles: expetuntur quidem propter felici  
tatem: sed non sunt ipsa felicitas: quæ propter se  
ipsam expetitur. Quod bonum est ex malo non  
fit: diuitiæ autem fiunt ex malo et iniquitate: er  
go non bonum: ex quo illud Hieronymi: Diues  
aut iniquus aut iniqui heres: Et illud euangeli  
cum. Facite uobis amicos de mammona ini  
quitatis: hoc est ex diuitiis: quæ ex

Verba plii  
nii bracte  
ata .

Mammona  
iniquitatis.



Diuitiæ  
causa exiti.

iniquitate proteniunt: Preterea nihil philosophis  
et potissimum Senecæ bonum uidetur quo quis  
et male uti potest. Videmus autem diuitiis quæ mul-  
ti male utantur. quin etiam quod bonum est non  
cere non potest nec debet: Atqui uidemus diuiti-  
as quæ plurimis fuisse exitio et nocuisse: unde colli-  
gimus diuitias pro summo bono habendas non esse:  
cum sæpe uertantur in malum: dentque pessum ip-  
sum possessorem: hinc illud satyricum.

Sed plures nimia congesta pecunia cura  
Strangulat et cuncta exupans patrimonium census.

Longum facere si uelle in presentia percipere quot  
uiros diuitiæ immodicæ in exitium precipitauerint:  
obuia omnibus sunt exempla id genus.

Hesiodus  
Dimidium  
plus toto

Quicquid aptam moderationem supergraditur ut scri-  
bit Apuleius in magia. oneri potius quam usui exuberat.  
ex quo est illud hesiodi. ὄσῳ πλεον ἡμισυ  
πάρτοσ. id est quanto plus est dimidium toto.  
Plato in. v. de re publica: et libro tertio de legibus  
interpretatur dimidium esse plus toto: quia medi-  
ocritas est utilior salubriorque ipso immodico et to-  
to: quod sæpe noxium est atque pestiferum.

Quod in diuitiis non sit summa felicitas: docu-  
mento maximo euidentissimoque sunt homines di-  
tissimi: quos mestos: anxios: sollicitos idemdem com-

## de felicitate

spicimus: quorum felicitas bracteata, personata, supparata eleganter a Seneca appellatur: quasi uelamento quodam adūbrata, ut foris et frōte beati uideantur, intus uero et in secessu animi infelices ac miseri.

Felicitas  
psonata.

Multi quos uulgus ob diuitias felices putat saepe dolent saepe suspirant, interrogatus Anaxagoras quisnā esset felix: Nemo inquit ex his quos tu felices existimas.

Dictum  
Anaxago  
ra.

Socrates apud Platonē iterrogatus a Polo felixne ei uideret archelaus macedoniae rex, nescio eque dē, nūq̄. n. apud ip̄m fui. Idē negauit magnū p̄sarū regē sibi felicē uideri: quia inquit ignoro quo pacto ad eruditōnē iustitiāq; se habeat. Virtute enim non diuitiis felicitatem metiebatur.

An p̄sarū  
rex bea  
tus.

Ait plautinus senex, odi ego aurū: multa multis saepe suasit p̄perā: Utinā inquit plinius noster posset e uita in totū abdicari aurū, sacra famel, ut celeberrimi auctores dixere, p̄scissum cōuitiis ab optimis q̄busq; et ad p̄niciem uitae repertum.

Plautus .  
Odi aurū

Apuleius aurū appellat metallum execrandū. Hinc haud imerito Crates thebanus ut ab historicis p̄ditū ē, et in decretis canonicis repetitū, magnū p̄odus auri abiecit neq; putauit se posse et nirtutes et diuicias simul possidēre.

Crates ab  
iecit aurū

Democri  
tus .

Hinc Zeno audito rerum suarum naufragio:  
Iubet íquit fortuna me expeditius philosophari .

Democritus quoq; quo magis uacuo aío studi  
is litterarū oparef; patrimoniū suū priā donauit.

Et Anaxagoras possessiones ícultas reliqt plu  
ris faciens doctrinā q̄ diuitias: cuius est illud sci  
tum: Nō essem inquit ego saluus nisi ista posses  
siones perissent.

Nulli sa  
tis.

Huc adde: q; nulli mortalium unq̄ tantum est  
q̄tam cupit : fortuna enim ut inquit epigramma  
tarius poeta: multis nimium dat: satis nulli: quan  
to diuitior quisq; est tanto cupidior: qui autē cu  
pit beatus esse nullo modo potest: Talis magnas  
inter opes inops est: et congesto pauper in auro :  
ut clarissimi auctores prodiderunt. Et ut ait Clau  
dianus. Semper inops quicunq; cupit .

Et mediús fidius ad uiuendum uelut ad natan  
dum is melior : qui onere liberior.

Inops  
quicunq;  
cupit.

Maiore inquit Seneca tormento pecunia possi  
detur : q̄ queritur. Preterea non ualent diuitiæ li  
berare a morbis: quibus íplicati mortales pro uali  
tudine impenderent persicas gazas : homo autē  
egrotus: quāuis opulentissimus potentissimusq;  
beatus esse non potest / cum opus sit prosperitate  
ad bene beateq; fruendum comportatis diuitiis .

## de felicitate

Ex quibus omnibus euidenter colligimus diuitias non efficere ipsam felicitatem quam querimus: quæque finis est rerum omnium expetendarum.

An uirtus sit effetrix uitæ beatæ.

Seuerissimi sanctissimiq; philosophorum summum bonum in honesto hoc est in ipsa uirtute posuerunt existimantes solum sapiētem esse omnia: hinc exiit illud oratiantum.

Ad summam sapiens uno minor est ioue

Diues. liber. honoratus. pulcher. rex deniq; regū.

Et profecto uirtus sicut auctor est Seneca in libro ad galionem de uita beatæ: altum quiddam est excelsum. et regale inuictum infatigabile: Virtutē in templo inuenies. in foro in curia pro muris stan-

tem. puluerulentam. coloratam. callosas habētē manus. Huic sententiæ subscribit Silius a quo uirtus ita describitur.

Frons hirta nec unquam composita mutata coma

Stans uultus et ore

Incessuq; uiro propior: letiq; pudoris.

Celsa humeros: niuex fulgebat stamine palla.

Dixit Ouidius Inuia uirtuti nulla est uia.

Oratius uirtutem sic diffinit.

Virtus est uitium fugere et sapientia prima stultitia caruisse.

Sapientē  
esse omnia

Virtus al  
tū quiddā.

Silius de  
uirtute.

Lucilius satyrae conditor uirtute his uersibus enarrat  
Virtus est homini scire id quod quaeque habeat res.  
Virtus scire homini rectum utile quod sit honestum.  
Quae bona quae mala: item quod inutile turpe in honestum  
Virtus querendae rei finem scire modumque.

Virtus diuitiis precium persoluerere posse.  
Virtus id dare: quod re ipsa debetur honori.  
Hostem esse atque inimicum hominum morumque malorum:  
Contra defensorem hominum morumque bonorum.  
Hos magnifacere: his bene uelle his uiuere amicum  
Comoda praeterea patriae sibi prima putare:  
Deinde parentum: tertia iam postremaque nostra.

Plautus. Poeta comicus in Amphitruone sic inquit:  
Virtus omnibus rebus anteit profecto  
Libertas. salus. uita. res. parentes. patria et progenera  
tutantur feruantur. Virtus omnia in se se habet.  
omnia adsunt bona quem penes est uirtus.

Seneca libro epistolarum. viii. ad Lucilium: Virtus inquit est recta ratio. Augustinus ait Virtutem artem esse bene uiuendi. Memoratissimus est oratianus ille uersiculus.

Vilius argentum est auro: uirtutibus aurum.  
Et ille.

Oratius. Virtus est medium uiciorum et utrinque reductum.  
Autumat. M. Cicero in tusculanis questionibus

## de felicitate

bus ad beate uiuendum satis posse uirtutem: cui  
astipulatur Silius illo uersu.

Ipsa quidem uirtus sibi met pulcherrima merces.

Non ab re fuerit subtexere uersus luculentos:  
quibus graphice deceterq; describit uirtutē Clau-  
dianus cum sic ait.

Ipsa quidem uirtus precium sibi solaq; late

Fortunæ secura nitet: nec fascibus ullis

Erigitur plausu ue petit clarescere uulgi.

Nil opis externæ cupiens: nihil indiga laudis.

Diuitiis animosa suis: immotaq; cunctis

Casibus ex alta mortalia despicit arce.

Ait Oratius.

Virtus repulsæ nescia sordidæ

Intaminatis fulget honoribus.

Certe Pirthagoras. Empedocles. Democritus.

Plato ad hanc uirtutem percipiendam nauigaue-

re: hanc peregrinationibus susceptis uestigauere:

hanc cum primis predicauere tanquam beatitudi-

nis effectricem.

Contrariorum ut inquit philosophi contra-

ria sunt consequentia: Si uitia efficiunt uitā mi-

seram consequēter uirtutes efficient beatam: ideo

q; stoici dicunt sapientem fore beatum etiam si

obcecetur. obsurdescat. membris debilitetur. dolo

Virtus a  
Claudia  
no cele  
brata.

ribus crucietur.  
Virtutem per se nō satis esse ad uitā beatā per-  
ficiendam.

Verum re diligenter perpensa et pēsitata decer-  
nimus in uirtute esse quidē plūrima ad faciendā  
felicitatem: sed haud quā omnia: Nam felix ut  
inquit Aristoteles indiget preter uirtutem bonis  
corporis atq; fortunā: stoici quidem dicunt sapiē-  
tem in rotā et tormentis constitutum esse beatū,  
uel uolentes uel nolentes nihil dicūt: quorū dog-  
ma deludit Augustinus in .xviii. de ciui. dei. cum  
in illis sit quidam superbix stupor.

Theophrastus: qui ex diuinitate loquēdi sibi  
nomen inuenit: in calisthene suo laudauit hanc  
sententiā: uitā regit fortuna non sapientia.

Virtus  
Clauis  
**Dogma**  
stoicorū  
illusum.

Indolētia  
hierony-  
mi.

Indolentiā illa hieronymi nō est dicenda sum-  
mum bonū: quoniā i stultis eē potest: felicitas autē  
cū stultitia non copulatur: preterea aliud est non  
dolere aliud esse in uoluptate felicitateq;. Et ut in-  
quit eleganter Seneca Indolentiam nūq; bonum  
dicam: quā habet cicada. habet pulex.

Qui uoluptatē cū honestate summū bonū esse  
dixerunt. hii dixerūt quidē aliquid: sed nō omnia  
complexi sunt perficientia felicitatem.  
Aristoteles philosophorū iclytissimus i. x. ethico

## de felicitate

rum felicitatem esse quādam contemplatiuā operationem sic colligit: Deos omnes maxime felices existimant ac beatos: quas res tribuimus Dis agēdas? iustas et iniustas? Ridiculum id foret si contractibus et reddendis depositis sint occupati. At exercent liberalitatem? absurdum est credere illis esse nummos: Dormire illos non dicēdum ut Entydymionem, cum somnus ad dormientes ptineat: Vigilare ergo et uiuere cuncti deum credunt: ergo et operari: ociosam enim et imobilē dicere naturam dei impium est: quod et Origenes testatur in tertio periarchon. Actiones autem deo nō dantur ut homini: quidnam itaq; aliud restat nisi cōtemplatio: quare dei operatio beatitudine precellens contemplatiua sine controuersia fuerit: Igitur in hominibus cōtemplatio erit felicitas. Et homo operatione contemplatiua summe felix existet: quæ deo maxime est cognata: Verum indigebit prosperitate corporis et alimentis cum homo sit. Natura namq; ipsa non est ad contemplan- dum sufficiens: sed et corpus sanum esse oportet: et alimenta reliquumq; famulatum adesse: Itaq; uitæ degēdæ ratio quieta maxime placuit philosphis

Sententia  
aristotelis  
de felicitate .

Origenes

Contēplatio est felicitas .



Felicitas  
plenitu  
do optan  
dorum .

Homo  
ex anima  
et corpo  
re .

Felicitas  
ex trinis  
bonis .

in contemplatione et cognitione posita rerū: quæ  
quia deorum erat vitæ simillima: sapiente est uisa  
dignissima. Ergo igitur ut aliquando concluda  
mus latissimam de felicitate disputationem recur  
rendum nobis est ad ipsam diffinitionem: Est au  
tē felicitas ut dudū dictum est plenitudo rerū op  
tandarum: Hec autē plenitudo constat ex triplici  
genere bonorum, ex bonis animi, ex bonis corpo  
ris, ex bonis fortunæ: Cumulata hec bona faciūt  
absolutam felicitatem: quod ut planius et lucidi  
us percipiatur: quid sit ipse homo: et ex quibus cō  
stet querendum est.

Homo neq; solum corpus ē: neq; anima sola:  
Sed ex anima simul et corpore compactus est: p  
inde summum bonum hominis: quo fit beatus:  
ex bonis utrisq; conflatur: Qui uirtutem summū  
bonorum esse dixerunt in hoc lapsi sunt: qd ani  
mum solum tuentes corpus omiserunt: Qui uo  
luptate corporis felicitatem metiuntur animum  
incultum ac ueluti pedisequum reliquerūt: Qui  
uero ex animi et corporis ac fortunæ bonis felici  
tatem constituerunt: hii ueritatem ipsam propi  
us inspexerunt: eorumq; sententia tanquam op  
tima uerissimaq; comprobatur: bona autē animi

## de felicitate

uirtutes sunt: et hec longe magis honoranda q̄  
corporis ac fortunæ bona: Anima enim ut inquit  
uerissime Aristoteles in septimo politicorum pre  
ciosior est corpore et pecuniis. Externa autē gra  
tia animi expetuntur: non autem animus gratia  
illorum: principatū inter bona animi obtinet pru  
dentia: quæ est cunctarum regina uirtutum ut ait  
Plato: hæc circa humana uersatur, ut docet Ari  
stoteles in .vi. Ethicorum: unde Anaxagoram et  
Thalem sapientes fuisse dicunt non prudētes: q̄  
propria commoda ignorarunt: et patrimonia cō  
tempserunt. Socrates uirtutes omnes putabat esse  
prudētias: ceteræ uirtutes ut iustitia: quæ lucife  
ro mirabilior existimatur: ut fortitudo: quæ pro  
pria uiri uirtus est, ut temperantia: quæ libidi  
nes obfrenat satis notæ. et a nobis alio loco fusius  
explicatæ: Doctrinæ et ipsæ multiugæ iter animi  
bona memorantur: quibus animus fit θεϊοτάτος  
idest diuinissimus.

Bona corporis sunt Valitudo, robur, pulchri  
tudo, sine quibus non potest esse uera felicitas: ex  
quo satis liquet diuitias non esse summum felici  
tatis: cum bonam ualitudinem prestare non pos  
sint. meritoq̄ laudatur illud oratianum.  
Nō domus aut fundus nō æris aceruus et auri

Bona ani  
mi.

Prudētia

Sapientel  
nō prudē  
tes.

Bona cor  
poris.

Egrotō domini deduxit corpore febres  
 Non animo curas. ualeat possessor oportet  
 Si comportatis bene rebus cogitat uti .  
 Virtus quoq; sine ualitudine corporis nō satis fū  
 gi officio suo potest: Animus enim fulturis cor  
 poris sustinetur: cū sit uas et ueluti organon ani  
 mi ipsum corpus. Dixit Solomon non est census  
 super censum sanitatis corporis. Vulgatissimus ē  
 ille festiui poetæ uersiculus uice puerbii celebra  
 tus . Non est uiuere / Sed ualere uita.

Cātilena      Apud Platonē in gorgia Cantio conuiuialis ce  
 conuiuia /      lebratur: quā cantōres in conuiuis usurpāt ita cō  
 lis .              cinentes: optimum quidem esse bene ualere: Secū  
 Primū be      do loco formosū esse: Tertio habere diuitias bo  
 ne ualere      no modo partas. Idem mox paulo nihil inquit sa  
                     nitate est melius. Hec. M. Varro primigenia natu  
                     ræ appellat: Alii prima natura. greci τὰ πρῶτῃ  
 Primige |      φῦσεως . De quibus. M. Cicero et Aurelius Au  
 nia natu /      gustinus non parum multa prodiderunt.  
 ræ .              Academici et peripatetici: ut pote philosopho  
                     rum nobilissimi probant hec prima natura: i qui  
                     bus numerant incolumitatem: ualitudinem: sen  
 Pulchri |      sus integros: doloris uacuitatem: uires: pulchritu  
 do dei do      dinem: : quorū cōsimilia sunt in animo. Sine pul  
 num .              chritudine non potest esse absoluta felicitas. ideo

*de felicitate.*

quod dixit Aristoteles quod non satis idoneus est ad felicitatem homo penitus deformis: Est enim forma dei munus: et ut inquit Homerus θεῶν ἐπίκουρα δῶρα Deorum dona gloriosa nequaquam aspernanda. Verum ad hanc corporis incolumitatem firmitudinemque custodiendam: ut pote rem rerum omnium pretiosissimam. Inuentæ sunt innumeræ medicinæ: tot Cerata: malagmata: emplastra: collyria: antidota: cataplasmata Excogitata sunt tot catapocia: tot pharmaca: tot medicatæ potiones inuentæ Compositiões et mixturæ inexplicabiles circumferuntur: quoniam et medicina a rubro mari atque ex India petitur: ut ita fiat pretiosior: meritoque scripsit Plinius noster unam hanc artium imperatoribus quoque imperare nullamque esse medicina fructuosior.

Verum scito plus quotidianas exercitatiões ad sanitatem prodesse: quam medicos quam medicinam: exercitatione enim ut ait Fabius Quintilianus cuncta conualescunt: Sine qua ut inquit Galenus impossibile est hominem sanitate prosperrima diu frui: Et ut auctor est Auicenna ad sanitatis conseruationem plurimum potest polletque exercitatio: cuius multæ sunt species.

Galenus exercitationem parum pilæ reliquis ateponeit

Malagmata.  
Catapocia.

Nulla ars medicina fructuosior.  
Exercitatio.  
Auicenna.

Galenus.

Celsus  
Clata lec  
tō nostra  
exercita  
tio .

Cōmode etiam exercent ut docet Cornelius Cel  
sus. cursus: ambulatio: et clara lectio: qua nos pro  
pe peculiariter utimur: quotidie publicis lectioni  
bus contentissime boantes: et rauim exerta uoce  
repurgantes .

Gymna /  
stica  
Pedotri /  
uica .

Plato et Aristoteles gymnasticam cum primis  
probant: qua uires auferunt: et sanitas inoffen  
sa custoditur. precipit Aristoteles in octauo poli  
ticorum Adolescentes gymnasticæ et pedotriucæ  
esse tradendos: Vbi pedotriuca: ut hoc quoq; in

Pedotri /  
uesqui

transcursu declaremur significatur exercitatio p /  
tinens ad doctorem pedotriuem: est autem pedo  
triues ut docet Plato in libro de philosophia exer  
citationis magister: cuius officium est ut idem tra  
dit in gorgia Corpora hominum formosa robu  
staq; efficere. Idem Plato adeo gymnasticam pro  
bavit: ut libro de re publica quinto feminas gym  
nastica exercendas esse censuerit: qui libro septi  
mo de legibus gymnasticæ nomine exercitatiōes  
omnes bellicas contineri docet: eamq; diuidit in  
saltationem et luctationem. prisci pēathlon no  
minauerunt Genus exercitātōnis his quinque arti  
bus constans. iactu disci. cursu. saltu. iaculatione.  
et luctatione. : id latini quinquertium uocāt: Vn  
de athletæ ipsi quinquertiones dicti: pancratiaste

Plato p /  
bat gym /  
nasticā

Plato p /  
bat gym /  
nasticā

Pēathlō  
Quin /  
quertiu.  
Pācratia /  
stes .

Plato in libro de philosophia exercitatio  
nis magister: cuius officium est ut idem tra  
dit in gorgia Corpora hominum formosa robu  
staq; efficere. Idem Plato adeo gymnasticam pro  
bavit: ut libro de re publica quinto feminas gym  
nastica exercendas esse censuerit: qui libro septi  
mo de legibus gymnasticæ nomine exercitatiōes  
omnes bellicas contineri docet: eamq; diuidit in  
saltationem et luctationem. prisci pēathlon no  
minauerunt Genus exercitātōnis his quinque arti  
bus constans. iactu disci. cursu. saltu. iaculatione.  
et luctatione. : id latini quinquertium uocāt: Vn  
de athletæ ipsi quinquertiones dicti: pancratiaste

quoque appellauerunt eum: qui in omni gymnastica exercitatione pugnaret et uinceret: et pancrati-  
um dixerunt ipsum multiforme certamen de quo  
ita propertius.

Et patitur duro uulnera pancratio.

Pancrati meminit iurisconsultus titulo ad legem  
aquiliam his uerbis: Si quis in colluctatione uel  
in pancratio uel pugile: dum iter se exercentur a  
lius alium occiderit, quo in loco mera deliramen-  
ta uigilans somniauit acursum: De Pancratio co-  
piosius fufiusque a nobis scriptum est in commen-  
tariis propertianis.

Ergo igitur ad bona corporis custodienda ute-  
mur exercitatione: quæ ut ait Cornelius celsus pri-  
ma corporis curatio est: debetque semper antecede-  
re cibum in eo qui bene concoxit / amplior: in eo  
qui minus concoxit remissior. Valitudinem quo-  
que durabilem prestat ipsa frugalitas et uictus par-  
sifonia. Simplex enim cibus homini utilissimus:  
E contrario aceruatio saporum pestifera et cõdi-  
menta perniciosiora. Hippocrates in libro de fla-  
tibus malam dietam uocat: quæ confit ex pluribus  
cibariis multiformique alimonia: Nam ut iquit de-  
center et frugaliter Oratius. Simul assis

Miscueris elixa: simul conchilia turdis:

Pancrati-  
um.

Simplex  
cibus salu-  
berrimus  
Hippo-  
crates.  
Versus  
memoria  
digni.

Dulcia se in bilem uertēt: stomachoq; tumultū  
 Lenta feret pituita.  
 Bona externa: quæ uocant: ut sunt diuitiæ / et  
 honores: quæ uitam beatissimam perficere existi-  
 mantur: in manu sunt ac potestate fortunæ: hec  
 toto mundo: ut inquit eleganter Plinius Et locis  
 omnibus omnibusq; horis omnium uocibus sola  
 inuocatur et una nōminatur: una accusatur: una  
 agitur reā: una cogitatur: sola laudatur: sola argu-  
 itur: et cum cōuitiis colitur: uolubilisq; a plerisq;  
 et ceca etiam existimatur: Vaga: inconstans: incer-  
 ta: uaria: indignorūq; faulrix: huic omnia expen-  
 sa: huic omnia feruntur accepta: et in tota ratōne  
 mortalium sola utranq; paginam facit. Hanc for-  
 tunam deam: qua reuente nihil secundum mor-  
 talibus contingere potest: Vario ritu multiugis  
 nominibus totus ueneratur orbis: Alii Rhānusiā  
 Alii nemesim: Nortiam alii: Sortem alii nūcupāta  
 Tychen grecia omnis appellat.  
 A fortunā fortunatos dicimus felices: quasi for-  
 tunæ alūnos aut filios: cui tantum tribuere uete-  
 res romani: ut sexcentis templis totidemq; cogno-  
 mentis fortunam uenerarentur: Namq; romæ co-  
 lebatur fortuna cognomento primigenia. Viscat

Lenta  
 pituita

Bona for-  
 tunæ .

Scitu di-  
 gnum de  
 fortuna .

Rhamnu-  
 sia .

Nortia .

Tyche .

Nomina  
 fortunæ  
 cōpluria .

## de felicitate

ra. Pusilla. Fortis. Mascula. Cōuertens. Bene spei  
rans. Virgo barbata: Sicuti plutarchus docet ī p  
blematis et in libro, ΠΕΡΙ ΤΥΧΗΣ ΤΩΝ ΡΩ  
ΜΑΙΩΝ idest de fortuna romanorum: Hinc theo  
phrastus scripsit in suo Calistene. Vitā regit for  
tuna non sapientia. Plautus quoq; sic ait in pseu  
dolo: Centum doctorum hominum consilia hec  
deuincit dea fortuna: atq; hoc uerum est: peride  
ut quisq; fortuna utitur: ita precellet atq; exinde  
sapere eum omnes dicimus. Magnam inquit M.  
tullius esse fortunæ uim in utranq; partem quis  
nesciat? Nam et cum prospero flatu eius utimur  
ad exitus perueniemus optatos: et cum reflauerit  
affligimur. Simulachrum fortunæ cum copia et  
gubernaculo deformant. ut auctor est Lactātius  
libro tertio diuinarum īstitutionum: tanq̄ et hec  
opes tribuat. et humanarum rerum regimen ob  
tineat: cui opinioni Virgilius quoq; subscribit: q̄  
fortunam omnipotentem uocat: Et Salustius cri  
spus cum ait: Sed profecto fortuna ī omni re dol  
minatur. hæc dea ut inquit Oratius pollens est:  
uel imo tollere de gradu mortale corpus: Vel su  
perbos uertere funeribus triumphos. Et ut ait  
Ouidius.

Plutar  
chus de  
fortuna.

Simula  
chrū for  
tunæ.  
Lactātius



Agatho /  
tyche .

Mala for  
tuna.

Libra cri  
tolai.

Nēpe dat et quodcūq; libet fortuna rapitq; .  
Tanta deniq; est uis atq; potentia fortunæ: ut ei  
locum in celo quoq; fecerint: quintus. n. ab horo  
scopo locus Appellatur bona fortuna ut docet Iu  
lius firmicus in secundo matheseos: greco uocabu  
lo: Agathotyche nūcupāt: quæ maxima societate  
cū horoscopo iungitur: q̄a de trigono ab horo  
scopo uidetur: sextus uero locus mala fortuna no  
minat: q̄a nulla cū horoscopo societate cōiūgit̄ .  
Ergo igitur cum sint tria genera bonorū: Ani  
mi: Corporis : atq; Fortunæ: Hæc ut ait Aristotel  
les in septimo politicorū oportet adesse felici: Fe  
licitas enī et uita beata cumulatur ex cumulo ple  
nitudineq; istorum bonorum: quæ quanto fuerit  
cumulatio: rāto fiet homo beator: et ita erit ui  
ta beata beator beatissima secundum academi  
cos: Stoici uero hos gradus excludunt: apud quos  
nihil est rectius recto. nihil beatus beato . Bona  
aūt animi haud dubie censemus reliquis antepo  
nenda: probamus libram illam Critolai: qui cum  
in alteram lancem animi bona imponat in alte  
ram corporis et externa : tantum propendere il  
lam bonorum animi lancem putat: ut terram et  
maria deprimat.

## de felicitate

Supereſt ut ueſtigemus exemplis an i ullo mor-  
talium cumulata fuerint ſimul hec omnia bona:  
ut merito felix et eſſe et dici meruerit. Lucius me-  
tellus pontifex . Conſul. dictator. magiſter equi-  
tum: qui primus elephantos / primo bello puni-  
co duxit in triumphum: decem maximas res op-  
timasq; conſummaſſe fertur: Fuit enim primari-  
us bellator. optimus orator. fortiffimus i perator:  
Auspicio ſuo maximas res geri uoluit / maximo  
honore uti / ſumma ſapientia eſſe / ſummus ſena-  
tor haberi / pecuniam magnam bono modo iuel-  
nire / multos liberos relinquere / et clariffimus in  
ciuitate eſſe. Sed quãuis hec omnia illi uni conti-  
gerint nec ulli alii poſt urbem conditam: felix ta-  
men dici non debet: ſiquidem is Metellus orbam  
luminibus exegit ſenectam Amiffis incendio: cū  
Palladium raperet ex templo dex ueſtrae . Huius  
quoq; nepos inter rara felicitatis humanae exem-  
pla numeratur: Nam preter honores ampliffimos  
cognomen quoq; macedonici a quatuor filiis illa-  
tus eſt rogo: uno pretore tribus conſularibus: du-  
obus triumphalibus: uno cenſorio: quae ſingula  
paucis contigere: Vnde a .M. Tullio dictum eſt.  
ueluti puerbiallyter: Metelli ſperat ſibi quiſq; for-  
tunam. Sed quis hunc iure felicem dixerit? cum  
d. iiii.

Exempla  
felicitum i  
ſignia.

Felicitas  
metelli.

Infortu-  
nium me-  
telli.

Alterius  
metelli p-  
ſperitas.

Calami  
tas Metel  
li. singul

An augu  
stus felix.

periclitatus sit ad libidinē inimici Catinii Labeo  
nis. tri. plebis : a quo in ipso dignitatis suae Flore  
ad tarpeium saxum raptus est ut precipitaretur :  
faucibusq; intortis. et expresso per os sanguine  
Egre alterius tribuni intercessione a limine ipso  
mortis reuocatus: Alieno beneficio postea uixit.

Diuum quoque Augustum uniuersa mortali  
tas in hac felicitatis censura nuncupat : qui cum  
Caium ex filia nepotem in armeniā mitteret: opta  
bat a diis immortalibus : ut illum Pompeii be  
niuolentia: Alexandri magni audacia: et sua ipsi  
us fortuna subsequeretur. Sed si diligēter estimē  
tur cuncta non pauciora infortunitatis: q̄ beatita  
tis documenta in eo reperientur : Inter quae cū  
primis numerari possunt hec: Repulsa in magi  
sterio equitum apud auunculum Cesarem. tridu  
ana egroti latebra in palude philipensi prelio. Et  
ut fatentur Agrippa et Mecenas aqua subter cu  
tem fusa turgida latera. Naufragia sicula. Ruinae  
pōtis. tot seditiones militum. tot ancipites mor  
bi corporis. Vulgatissima Iuliarum filiae neptisq;  
adulteria. aliaq; non pauca infortunia : Ex qui  
bus fit ut infelix quidem dici non debeat / felix ta  
men esse non possit.

## *de felicitate*

In hac felicitatis reputatione subit inclytum  
Cresi Lydorum regis exemplum: qui cum the-  
sauris opibusque luculentissimus: et omnibus  
fortunæ bonis exuberaret: se omnium mortali-  
um beatissimum esse existimabat. ad quem  
cum peruenisset Solon atheniensis unus ex se-  
ptem Græciæ sapientibus: hospitaliterque in re-  
giam exceptus: iussu cresi a ministris circundu-  
ctus est circa thesauros omniaque: quæ morta-  
les perinde ac beatissima admirantur: Post hec  
Cresus Solonem sciscitatur ecquem uiderit iam  
omnium beatissimum: sperans uidelicet se in-  
ter homines beatissimum esse. Ista percontat-  
batur. tunc Solon ut pote philosophus ab om-  
ni assentatione sequestratus respondit se uidisse  
se beatissimum Tellum atheniensem: quod il-  
li in patria bene instituta filii erant honesti et  
boni: eorumque singulis liberi: hiisque omnes su-  
perstites: Et cum hoc uitæ: quantum in no-  
bis situm est: bene traduxisset: obitus splen-  
didissimus contigerat: siquidem prelio uirili-  
ter dimicās hoste in fugam uerso pulcherrimam opi-  
petierat mortem: quem athenienses in eo quo  
d.iiii.

Exemplū  
Cresi et  
Solonis .

Tellus be-  
atissimus

occubuerat loco publice humauerunt magnifice  
que honorauerunt. Iterum Cresus interrogat: que  
nam secundum a Tello uidisset putans haud du  
bie secundas se beatitatis partes esse laturum. tunc  
Solon Cleobe et Bithonem beatissimos ui  
di: quibus genus argiuum erat et uictus suppedi  
tabat. ad hec corporis robur excellens: ut in certa  
minibus pariter ambo uictores extiterint: pietate  
quoque in matrem memorabiles: Nam cum dies fe  
stus Iunonis apud argiuos esset: oporteretque om  
nino matrem eorum ut pote sacerdotem ad solē  
ne et statutum sacrificium curru uehi ab oppido  
ad fanum stadia circiter quinque ac quadragin  
ta: morarenturque iumenta: tunc iuuenes hi iugū  
subeuntes bouum uice plaustrum pertraxerunt: et  
ita mater sacerdos aduecta ad delubrum iunonis  
est curru a filiis ducto: qua precata deam dicitur:  
ut Cleobi et Bithoni filiis suis daret id: quod op  
timū homini dari posset a deo: post hanc p̄cationē  
ubi sacrificarunt epulati cum matre somno se de  
derunt: nec amplius sunt excitati: Sed in ipso de  
lubro quiescentes mane inuēti sunt mortui: quo  
rum statuas tanquam uirorum: qui optimi extis  
sent: Argiui apud delphos collocarunt. et his qui

Cleobis  
Bithon i  
numero  
beatorū .

Iumento  
rū uicarii

Mors cle  
obis et bi  
thonis

de felicitate

dē Solon secūdas beatitudinis partes tribuebat :  
ex quo Cresus conturbatus inquit. o hospes athe  
nienſis adeo ne tibi pro nihilo cōtemnitur noſtra  
felicitas : ut ne priuatis quidem uiris nos equipel  
randos ducas ? tunc Solon neminem ante obitū  
appellandum eſſe beatum grauiter ac copioſe eſſe  
differuit. aſſeruitq; hominem eſſe calamitoſum :  
Cum nullus humanæ uitæ dies rem proſus talem  
qualem alius aſſerat : et in diurno tempore multa  
uideantur : quæ nemo uellet uidere : et multa tole  
rentur : quæ nolit quiſpiam tolerare . Sententiam  
Solonis fuiſſe ueriſſimam ipſius Creſi exitus com  
probauit : qui haud ita multo poſt magno impe  
rio ſpoliatus et a Cyro captus / ſuper ingentē py  
ram impoſitus / uinctus compedibus ē : ut uiuus  
concremaretur : Cui in tanta calamitate poſito ue  
niſſe in mentem Solonis ferunt : quod ſibi ab eo  
olim dictum foret / ex uiuentibus beatum eſſe ne  
minem : tunc creſus ingemiſcens ter ſolonem no  
mināſſe ſublatiſſima uoce proditur . Admiratus  
ob hoc Cyrus iuſſit interpretes perconctari : quiſt  
nam hominum aut deorum is eſſet Solon : quem  
in dubiis caſibus ſolum imploraret : At Creſus ni  
hil diſſimulans cuncta : quæ a Solone audiuerat

Nemo be  
atus ante  
obitum .

Creſus ex  
utus re  
gno et ca  
ptus .

renarravit : quæ ubi ad Cyrum perlata sunt : tunc  
rex ille ut pote qui sapiētior esset q̄ Cresus : et So  
lonis oraculum ex presentibus exemplis compro  
batum esse conspiceret : non solum cresum missū  
fecit : sed summo etiam honore quoad uixit apd  
se habuit : ex quo uisus est Solon eadem oratione  
alterum seruasse ex regibus / Alterū cautiorē pru  
dentiorēq; reddidisse. Auctores Herodotus / Plu  
tarchus . Marcus Cicero . et ceteri . ob hoc dixit  
pœta satyricus.

**Iuuenalis**

Et Cresum : quem dix iusti facunda Solonis  
Respicere extrema iussit spatia ultima uitæ.

**Ouidius.**

Hinc exiit illud Nasonis :  
Sed scilicet ultima semper Expectanda dies ho  
mini est : diciq; beatus  
Ante obitum nemo supremaq; funera debet .

**Nemo fe  
lix .**

Aristoteles tamen huic Solonis sententiæ alacri  
ter reclamationem ac refragatur : qui ait i primo ethicor  
um . beatos dici uiuētes : cū felicitas operatio sit  
Ceterum si uerum facere iudicium uolumus ac  
repudiata omni fortunæ ambitione discernere : mor  
talium nemo est felix : Abunde igitur atq; indulgē  
ter fortuna deciditur cum eo : qui iure dici nō in  
felix potest . quippe ut omnia bona affatim sugge  
rantur certe ne lassescat fortuna metus est : quo

## de felicitate

semel recepto solida felicitas esse non potest: meritoque Chrysippus laudare solebat Euripideū carmen illud

Nemo mortalis est: quem non attingat dolor morbusque. et ut iquit uerissime Plinius: quā multos accepta afflixere imperia: quā multos bona perdidere et ultimis miserere suppliciis: Ita est profecto. alius de alio iudicat dies: et tamē supremus de omnibus: ideoque nulli credendum est. quod quod incertū ac fragile est hoc munus naturæ: quicquid datur nobis. quid quod extimatione nocturnæ quietis dimidio quodque spatio uitæ suæ uiuit: pars æqua mortis similis exigitur. Nec reputantur infantia anni: qui sensu carent: nec senectæ in penam uiuacis. Adde tot periculorum genera. tot morbos. tot metus. tot curas. totiens inuocatam mortem: ut nullum frequentius sit uotum. Natura uero nihil hominibus breuitate uitæ prestitit melius. hebescunt senio sensus: membra torquentur: premoritur uisus / auditus / incessus / dentes etiam / ac ciborum instrumenta labascunt. Et tamen uitæ hoc tempus annumeratur. ergo pro miraculo Et id solitarium reperitur exemplum: Xenophi

Carmen  
Euripidis

Supremus  
dies iudicat de omnibus.

Hebetantur senio  
sensus.

Xenophilus sanissimus.



lum musicum centum et quinque annis uixisse si-  
ne ullo corporis incommodo: Itaque censeo optan-  
dum esse orandumque ab ultramundano deo: ut  
quoniam nemo mortalium felix est: ita nos foue-  
at ne infelices dici iure possimus.

Sed iam complicanda sunt uela: ac inhibendi  
remi: et receptui canendum est. Audistis pauca  
quedam Viri splendidissimi opinor non ingrata  
super felicitate, plura scio dici potuisse et copiosi-  
tis et elegantius: sed parcendum fuit aurium fasti-  
dio: In hac enarratione monstrauius inter cete-  
ra quosdam sensisse illos esse felices: qui ocio rusti-  
cano fruerentur, quo circa: ut ex aliqua parte par-  
ticipes huiusce felicitatis efficiamur: Enarrabi-  
mus publico gymnasio Virgiliū et Columellam  
duos agricolationis conditores luculentissimos:  
Alterum uersu: Alterum pedestri oratione re ruti-  
sticam eleganter et graphice explicantes: Nos ue-  
ro pro uirili parte dabimus operā ut lectiones no-  
stræ dapibus rusticanis / et urbanis iuxta conditæ  
sint: hoc est utilitate et uoluptate saturos reddant  
auditores. Videor meo iure institutoque prope so-  
lemni facturus: si orationem uersiculis clusero.

Distichon ad auditores  
extemporaliter effusum.

Felix cui confrant bona corporis et bona metis  
Nec non fortuna munera parca dæ.

Endecasyllabon ad illustrissi-  
mum Iohannē Bentiuolum.

Felix o nimis et beate princeps  
Cuius presidio est beata felix  
Pollens felsina: Nos sumus quieti  
Hoc pro te superos libens precabor  
Ut donent tibi nestoris senectam  
Augusti decus: et uicem metelli.  
Sit natis quoq; faustitas parentis  
Pro me hoc debeo te rogare princeps  
Ut molli foueas pium clientem  
Afflatu niuez beatitatis.

Eiusdem Endecasyllabon ad Germaniam.

O Germania muneris repertrix  
Quo nil utilius dedit uetustas  
Libros scribere quæ doces premendo.

Felix frugibus: inclyta et metallis:  
Et diues pecoris: feraque gemmae:  
Quod glessum uocitant tui parentes:  
Electrum attica: Succinum latini.  
Pollens principibus: potens uirorum:  
Qui glaucis oculis Comaque flaua:  
Grandes corpore: spiritu feroces:  
Septi robore: prodigiisque uita  
Hostes aggrediuntur et laceffunt.  
O germania gloriosa salue:  
Tu uasa ex oricalcho: et apparatus  
Menfarum nitidum aere: machinasque  
Ad nos belligeras subinde mittis:  
Abste turba uenit scholasticorum:  
Hoc qui gymnasium excolunt opimant:  
Iam doctum et latialiter sonantes  
Tris nuper quoque regulos badenses  
Lautos magnificos probos dedisti.  
Inter quos iacobus enitescit:  
Lingua dexteritate comitate  
Cultus mundiciis: nitore luictu  
Clarus. munificus. potens. disertus.  
Splendorque et columen scholasticorum  
At Germania praeponens alumnos  
Ad nos consimiles subinde mitte.

OPV Sculū hoc de felicitate luculentū ipresso  
ria Platonis de Benedictis Bononiæ incude egre  
giis his characteribus excussum Anno salutis Mil/  
lesimo quadringentesimo nonagesimo quinto  
Calendis aprilibus lector amplectere et fove si fe  
lix esse cupis .

### REGISTRVM.

Primo folio continetur Epistola Deinde  
a.b.c.d.omnes sunt quaterniones.





O P V Scuti hoc de felicitate luculentis ipse  
ra Platonis de Benedicere Bononia in de egr  
gia his caracibus excelsis Anno saluis Mil  
lismo quadringentesimo nonagesimo quinto  
Calendis aprilibus fecer amplere et fone si fe  
lix esse cupis .

REGISTRVM.

Primo folio continetur Epistola Deinde  
a. b. c. d. omnes sunt quaterniones.













BOLOGNA. 1495.

BEROALDUS-DE FELICITATE 1495





